

De venarum deformitatibus adnexa venae cavae inferioris aberrationis rioris descriptione : commentatio anatomico-pathologica / auctore Ernesto Friderico Gurlt.

Contributors

Gurlt, E. F. 1794-1882.
Francis A. Countway Library of Medicine

Publication/Creation

Vratislaviae : Prostat in bibliopolo Holaeuferiano, 1819.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/n9hjbhxz>

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by the Francis A. Countway Library of Medicine, through the Medical Heritage Library. The original may be consulted at the Francis A. Countway Library of Medicine, Harvard Medical School, where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>







Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from

Open Knowledge Commons and Harvard Medical School

<http://www.archive.org/details/devenarumdeformi00gurl>



W. M. W.
1819. A

D E

VENARUM DEFORMITATIBUS

A D N E X A

VENAE CAVAE INFERIORIS ABERRATIONIS RARIORIS
DESCRIPTIONE

COMMENTATIO

ANATOMICO - PATHOLOGICA

AUCTORE

ERNESTO FRIDERICO GURLT

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORE.

ACCEDE TABULA LYTHOGRAPHICA.

VRATISLAVIAE,

PROSTAT IN BIBLIOPOLIO HOLAEUERIANO,
MDCCXIX.

D 5

AENARUM DEFORMITATI

AENARUM

HARVARD COLLEGE LIBRARY

BEQUEST OF

WILLIAM MICHAEL WOODWORTH

FEB. 19, 1915.

COMMISSIONATI

ANALOGICO - FATHOLOGICO

EDUCATIONE

ERNESTO LIBRARIO CORTI

Presidente del Consiglio dei Dottori

ACCREDITATO ALLA SOCIETÀ ITALIANA DI MEDICINA

ARTISPA AUREA

Scritto in pergamena su fogli di legno

11000 lire

V I R O
PERILLUSTRI, EXCELLENTISSIMO ATQUE
EXPERIENTISSIMO
ADOLPHO. GUILIELMO OTTO
MEDICINAE DOCTORI, ANATOMIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, THEA-
TRI ANATOMICI DIRECTORI, PLURUM SOCIETATUM LITERARIARUM
SODALI ETC.

PRAECEPTORI AC FAUTORI

SUMMA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA COLENDO,

HASCE

S T U D I O R U M P R I M I T I A S

TANQUAM

SUMMAE PIETATIS

GRATISSIMIQUE ANIMI TESSERAM

D, D, D.

A U C T O R.

INTRODUCTIO.

Multi virorum optime meritorum, qui de morbis systematis sanguiferi tractabant et inter quos nomina: KREYSIG, TESTA, BURNS, CORVISART magna cum veneratione sunt vocanda; magis cordis arteriarumque morbos et vitia ante oculos habebant, quam illos venarum. Temporibus tamen recentioribus viri duo: cl. HODGSON¹⁾ et cl. PUCHELT²⁾, operibus suis descriptionem omnium morborum systematis venosi nobis tradiderunt, quamquam de vitiis horum vasorum congenitis, quorum permulta sunt, parum solummodo commemoraverint. Verum enim vero mihi persuadeo, uti quoque hi viri omni cum jure contendunt, cognitionem non solum cordis arteriarumque vitiorum, sed intimam notitiam quoque venarum aberrationum morborumque arti medicae admodum prodesse; cum numerus sane non parvus perturbationum functionum organismi animalis hoc a systemate venoso pendeat.

Hanc ad rem autem non nisi disquisitiones anatomicae, accurate institutae, prae omnibus nos conducere possunt, quamvis omnino sit lugendum, cadaverum sectiones illorum hominum, qui in nosocomiis non sunt mortui, saepissime negari; alia ex parte dis-

1) Jos. Hodgson von den Krankheiten der Arterien und Venen etc. Aus dem Englischen übersetzt von J. A. Koberwein. Hannover 1817. m. Kupfern.

2) Fr. Aug. Puchelt, das Venensystem in seinen krankhaften Verhältnissen. Leipzig. 1818.

sectionibus cadaverum in theatris anatomicis factis, persaepe pauca tantum de ratione vitae gestae morbique signis, pluribus vero in casibus nihil, patere. Tamen haec rerum circumstantia deterre nos non debet, ut, ubique fieri possit, disquisitiones instituamus maximo cum studio; nam sane omni tempore magnam utilitatem praebebunt et collectae valde aestimandae ad anatomiā pathologicā recipientur.

Hoc modo res considerans, judicio publico hoc in libello academico, primitiae litterariae, descriptionem trado casus anatomico-pathologici haud dubie gravioris et rarius hucusque observati, sistema venosum spectantis, qui hieme anni MDCCCXV in theatro anatomico Universitatis Vratislaviensis reperiebatur, ab Ill. Otto benigniter mihi traditus est, ut eundem illum describerem et delineari curarem. Simulque, occasione data, hic collectionem phaenomenorum pathologicorum imprimis venarum varietates spectantium exhibere volo, i. e. vitiorum organicorum enumerationem, quam ad rem casus quoque pertinent, in quibus venae, antea sanguinem ducentis, decursus quidem sit normalis, sed ea morbo, imprimis inflammatione et hanc sequente concretione, ad sanguinis gestationem iners facta est, alia vero vel plures earum illius negotium in se susceperant; venarum dilatationes, rupturae, oppilations variarum rerum ope, hac in sectione enumerantur. Describendo ordinem sequentem anatomicum sequi cōgito: primo conditio-nes truncorum venosorum, ramorum eorundem indoles, nec vero in contrario ordine, commemorabo, uti in venarum demonstratio-ne fieri solet, quoniam imago trunci cum ramis suis facilius ex-cipitur, quam si describerem contrario ordine.

Totum libellum in duas sectiones divisum est, quarum prima deformitates congenitas venarum, altera deformitates acquisitas con-tinet, dum sequor systema ab Ill. MECKELIO usum.

SECTIO PRIMA.

DEFORMITATES PRIMA GENESI EXORTAE.

Cap. I.

Abnormitates per defectum.

Cap. II.

Abnormitates per excessum.

Cap. III.

Abnormitates per decursum anomalum.

SECTIO ALTERA.

DEFORMITATES ACQUISITAE.

Cap. IV.

Ex causa dynamica.

Cap. V.

Ex causa mechanica.

Casus igitur hic describendus inter abnormitates per decursum anomalum locum suum habebit, cum vena cava inferior hacce abnormitate praecipue gaudeat. Abnormitates arteriarum non solum multo frequentiores esse, illis venarum, putat Ill. MECKEL¹⁾), sed eas in venarum truncis majoribus imo rare observari et fatetur se nonnisi aliquoties ejusmodi exempla vidisse.

Primam hanc sententiam omnino observationes recentiores adfirmare videntur, etsi HALLER contendere volebat, se inter cadavera quadringenta ne ullum quidem vidisse, quo truncorum origine ex arcu aortae quaepiam abnormitas locum habuisse. Varietates tamen in truncis imo majoribus venarum non adeo esse raras, uti forsitan credit Ill. MECKEL, numero sane non parvo casuum a me collectorum hic describendorum, affirmare studebo.

1) Deutsches Archiv für Physiologie. 1. B. 2. Heft, S. 285.

SECTIO PRIMA.

DEFORMITATES PRIMA GENESI EXORTAE.

Cap. I.

Abnormitates per defectum.

a. Venarum omnium.

Plerumque deficientibus organis eorum vasa sanguifera abesse videmus, attamen nonnulla prostant exempla, quibus organon quoddam adfuit, ejusdem autem vasa venosa defuerunt, saltem quoad numerum consuetum.

WINSLOW¹), monstri historiam refert, cui trunci pars inferior solummodo erat et qui omnibus vasis venosis carebat, excepta vena umbilicali, quae originem arteriarum exhibuit. Aliud exemplum omnino memoratu dignissimum enarrat MARRIGUES²). Infans scilicet monstruosus, tamen capite thoraceque instructus, corde et pulmonibus non solum, sed vasis etiam sanguiferis et arteriosis et venosis caruit. In monstribus acephalicis saepius cordis inopiam observamus, attamen exempla talia, ubi cranium adest cor vero deficit, rarius animadvertisuntur.

Casum huic similem observavit etiam DANIEL³).

b. Venarum pulmonalium.

SANDIFORT harum venarnm non nisi unam ex quoquam pulmone prodire vedit truncum⁴). De eodem defectu mentionem fecit de HALLER⁵).

In foetu monstroso bicipiti, uno autem trunco constructo,

1) Histoire de l'academie royale des sciences. Paris 1742. pag. 590.

2) Mem. de mathem. prés. à l'acad. des sciences. T. IV. p. 123.

3) Sammlung medic. Gutachten. Leipzig 1776. S. 276. ff.

4) Observat. anatomico - pathologic. Lib. IV. Cap. VIII. pag. 97.

5) De corporis humani partium fabrica. Tom. II. p. 123.

corda duo ab unico pericardio circumdata inveniebantur, quorum unum ceteroquin bene formatum auricula sinistra et venis pulmonalibus carebat¹). Duas venas pulmonales in monstro, intra adhuc commemorando, observabat WILSON²).

Pulmonis sinistri venas in unum truncum, pollicis longitudinem superantem, conjunctas vedit Ill. MECKEL³), quam quoque rem PORTAL observavit⁴). In pueri tandem, qui morbo coeruleo laboraverat, praeter alia adhuc vitia organica, pulmonales venas non nisi duas vedit SCHULER⁵).

Venas rarissime reddi simpliciores quoad numerum, quia hoc earum proprietati obstat, affirmare studet cl. MECKEL et monet, se non nisi ejusmodi exempla in venis pulmonalibus, quae verae non essent venae, noscere. Nihilominus autem observatur haec abnormalitas in aliis venis, e. c. venis hepaticis, quae saepius unum truncum formant. (v. infra.)

c. Venarum cordis.

MURRAY⁶) cor vedit, in quo vena magna Galleni proorsus deficiat; sed alia, vena coronaria posterior nimirum, effundebatur illius loco in cordis atrium dextrum; quod omnino notatu est dignum, cum unica hucusque sit ejusmodi observatio, et venae duae cavae superiores hoc in foetu animadverterentur.

d. Vena cava superioris.

In monstro dupli, duobus cordibus proviso, una tantum vena c. superior percepta est, quae ad cor sinistrum pertinuit et ceteras corporis dextri venas superiores exceptit⁷).

1) J. A. A. Mayer, Magazin für die Thiergeschichte. B. I. St. 2. S. 178. Götting. 1794.

2) Act. petropolit. T. XIX. p. 443.

3) Handbuch der pathol. Anatomie. B. 2. Abth. 1. S. 133.

4) Mem. de l'acad. des sc. 1771. p. 74.

5) Dissertatio de morbo coeruleo. Oeniponte 1810. p. 12.

6) Neue schwed. Abhandl. B. 2. p. 286. cf. Meckel. l. c. B. 2. p. 126.

7) Gibson, philosoph. Transactions 1810. T. I. p. 123.

e. Sinuum durae matris.

Sinuum transversorum s. lateralium non nisi unum semel vidit LIETAUD¹). Inferiorem sinum falciformem interdum deficere contendit Ill. SOEMMEING²). SANTORINUS³) refert, sinuum cavernosorum unum aliquando defuisse, Haller attamen de hac re dubitat. Sinus circularis saepius deest. Singulus nonnunquam observatur sinus occipitalis posterior, nihilo secius ambo deficiunt rarius⁴).

f. Venarum vertebralium.

Monstrum aencephalicum spina bifida laborans, venis vertebralibus una cum arteriis carebat⁵).

g. Venae cephalicae et medianae.

In brachio dextro hominis robusti defectum venae cephalicae memoravit MORGAGNI⁶). Cum ea pariter vena mediana saepius abest⁷).

h. Venae azygae s. sine pari.

WISTAR primum ejusmodi casum indicabat, quo haec vena prorsus defuit: venae intercostales etc., quae in hanc effunduntur solita ratione, in venam cavam inferiorem immergebantur, quae insuper illius decursum sequebatur⁸).

Similem casum Ill. OTTO in intinere suo litterario Anglia observavit, in collectione nempe anatomica Professoris Joffray oppidi

1) Essai anatomique. p. 385. cf. Sömmerring's Gefäßlehre p. 442.

2) l. c. p. 443.

3) Observationes anatomicae. p. 72,

4) Sömmerring l. c. p. 446—448.

5) Rossi, Mem. de Turin. T. VI. 1800. p. 18.

6) De sede et caus. morb. epist. XIV. art. 44.

7) Otto's Handbuch der pathol. Anatomie. p. 109.

8) A system of Anatomy for the use of Students of Medicine etc. Philadelphia 1814. Vol. II. cf. Göttinger gelehrte Anz. 1817, No. 177, p. 1766.

Glasgow. In theatro anatomico Universitatis Vratislaviensis hujus venae defectum egomet animadvertis. (vid. infra descr. casus singul.)

i. Venarum bronchialium.

Hae venae in cadavere aberant, quo pulmones solito majores conspiciebantur¹).

k. Venae hemiazygae.

Quandoque hanc venam deesse arbitrabatur Ill. SOEMMERING²), tunc vero venae parvae ad illam tendentes in V. azygam immunguntur; sin vero haec quoque deest, quod locum habuit in casu illo ab Ill. OTTO observato seriusque describendo, in ipsam cavam inferiorem inseruntur.

l. Venae cavae inferioris.

Hanc venam aliquando defuisse, in monstro abdomen fisso, enarrat LITTRÉ³), cuius vices vena umbilicalis, quae sanguinem ex inferioribus corporis partibus recepit eumque ad cor duxit, in se suscepit. Una cum arteria Aorta vena c. inf. defuit in monstro acephalico, et hic quoque v. umbilicalis ejus vice sanguinem exceptit⁴). MONRO cujusdam monstri fecit mentionem, quo vena cava inferior non solum, sed aliae venae, praeter venam umbilicalem, deerant⁵).

m. Venarum renalium.

Monstrum humanum, vitiosissime conformatum, rene unico tantum provisum, venis emulgentibus carebat⁶). VALSALVA, secans cadaver, renem sinistrum tantummodo reperiebat, qui vero omni-

1) Wilson, philosoph. Transact. 1798. T. I, p. 346.

2) l. c. p. 470.

3) Mem. de l'acad. des sciences 1709. p. 10.

4) Büttner, anatomische Wahrnehmungen. Königsb. 1768. p. 104. cf. Mecket. l. c. p. 164.

5) Transactions of the society of Edinbourg, T. III, P. I. p. 225.

6) Winslow l. c.

bus carebat vasis sanguiferis¹); etiam alio loco refertur, in dextro latere venas renales abfuisse²).

n. Venae portarum.

Constans videtur lex naturae, crano deficiente, venam portarum deesse, quod in omnibus monstribus acephalicis observatur et non solum istis, sed ceteris etiam in animalibus absque crano ex classe *Molluscorum*. Ex parte et in piscibus vena portarum a cetero systemate venoso non est separata.

o. Funiculi umbilicalis et ductus venosi.

De funiculi umbilicalis defectu, igitur venae umbilicalis, SANDFORT³) nonnulla exempla affert. Simul cum ejus defectu alia evolutionis vitia animadverterunt anatomici; e. c. STAMPSON⁴) vesicam urinariam fissam, atresiam ani, herniam umbilicalem et crani inopiam; MASON GOOD⁵) genitalium et ani defectum; STALPERT VAN DER WIEL⁶) vesicam urinariam fissam; OSIANDER⁷) superiorum corporis partium inopiam observavit.

Funiculus umbilicalis solito brevior inventus est; talem observationem fecit LITTRÉ⁸) in monstro, quo tertiam non nisi partem longitudinis sibi idoneae habuit; alio in foetu monstroso ex partu gemello ultimo, pollicum non nisi sex longitudine conspiciebatur; vasa sanguifera insuper ordinaria defuerunt eorumque loco compluria parva vascula sanguinem ducentia inerant⁹). SAXTORPH fu-

1) Morgagni epist. XXV. art. 4.

2) Paw observ. anatom select. p. 22.

3) Observat. anatom. patholog. I. III. p. 101.

4) Ephemer. nat. curios. Dec. I. obs. 169. p. 325.

5) Stark's neues Archiv. B. 1. S. 357.

6) Observat. rariorum. Cent. II. obs. 32. p. 327.

7) Osiander's Annalen. B. 1. S. 199.

8) l. c. St. 10.

9) Marrigues l. c. T. IV. p. 123. cf. Mekel, l. c. p. 414.

niculum umbilicalem trium pollicium longitudinem non superantem vedit, et ille foetus integumentis communibus musculisque abdominis carebat; peritoneum vero cum placenta connatum erat¹).

Huc etiam pertinere mihi videntur casus, in quibus umbilicalis vena sanguinem vehens invenitur in hominibus adultis. Cum vas istud non nisi ad conjunctionem foetus cum ipsa matre atque illius nutritionem inserviat, in foetu vero utero excluso atque homine adulto exolescat et claudatur, quoniam functio sua non amplius sit necessaria; ejusmodi aberrationes abnormitatibus per defectum (secundum ordinem a me secutum) adnumerare licet, tales enim homines in foetus gradu, quo ad evolutionem, hac ex parte saltem, restiterunt.

BLANCARD in viro XL annorum, qui ascitide et ingenti umbilici intumescentia laboraverat, hoc morbo tamen sanato, venam umbilicalem perviam vedit²). Pluria huc pertinentia collegit HALLER³), scilicet in infante annorum VII, in juveni XX annorum, in alio XXX, denique in homine XXXV annos nato hanc venam apertam observatam esse scripsit, et monuit aliis horum exemplorum multo cum periculo sanguinem, vel sponte, vel cum ledetur vena, effusum esse; menses imo hac via semel fluxisse.

In theatro anatomico Universitatis nostrae vir XL circiter annos habens, qui ascitide et hernia umbilicali laboraverat, observationem istius venae perviae praebuit. Ductus venosus erat clausus. Ductum venosum interdum defuisse monet Ill. SOEMMERING⁴).

¹) Gesammte Schriften. Coppenhag. 1803. Samml. 1.

²) Anatom. pract. ration. Cent. I. Obs. XCVI pag. 187.

³) Elementa physiolog. T. VI. p. 483—84.

⁴) I. c. p. 485.

Cap. II.

Abnormitates per excessum.

a. Venarum pulmonalium.

Diversis in casibus numerum harum venarum praeter morem auctum viderunt anatomici, ita ut quinque¹⁾, sex²⁾, imo septem³⁾ venae pulmonales sint observatae.

b. V. cavae superioris.

Duas quasi cavas superiores adfuisse observavit THEUNE⁴⁾, in pueri undecim annorum atrophicō, cūjus vasa majora una cum corde materia ceracea repleta erant. Scilicet vena jugularis sinistra, cum subclavia sinistra juncta, iisdem cum venis lateris dextri ad cavam superiorem non conjungebatur, sed quaeque jugularis communis in cordis atrium dextrum seorsim effundebatur; ita ut dextra loco solito cor attingeret, sinistra autem, retro auriculam sinistram progrediens, circa basin cordis posterius reflexa, ad cordis atrium dextrum pervenerit, haud procul cava inferiori. Ill. MECKEL binis casibus eandem varietatem deprehendit⁵⁾. NIEMAYER foetum valde deformem perscrutans, venam jugularem sinistram in cavam inferiorem se inserere vidit⁶⁾, ita ut cavae superiores duae adessent. Ejusmodi exemplum memorabile refert etiam MURRAY⁷⁾; scilicet cava superior solito multo minor erat, cum jugularem communem dextram et venam azygam tantum reciperet; auricula quoque dextra solito minor et parum musculosa erat. Super-

1) Meckel, mem. de l'Acad. d. Berlin An. 1750. Portal, mem. de Paris 1771. p. 74.

2) Sandifort, l. c. lb, III. p. 41. IV, p. 97.

3) Müller dissertatio exhib. syllog. observ. quarund. anat. Giessae 1760.

4) De confluxu trium cavarum in cord. atrio dextro, specimen inaugurale, Halae 1763 c. fig.

5) l. c. Abth. 2. p. 125.

6) De foetu puellari-recens edito abnormitatis exemplum. Halae 1814. c. fig.

7) Neue schwed. Abhandlung. Bd. 2. p. 286.

ficie vero inferiori sinistraque atrii dextri dissecti, proxime infra fossam ovalem, solito altius positam, apertura permagna percipiebatur; quae ad cavam superiorem sinistram, e jugulari et subclavia sinistra constantem, duxit; haec vena modo supra memorata ad cor pervenit.

Anno hujus saeculi decimo septimo Vratislaviae natus est foetus monstrosus, corpore a claviculis ad umbilicum usque hiante, corde atque omnibus fere visceribus abdominis effusis, mensum circiter sex et quod excedit, qui duplicem cavam superiorem monstrabat, quarum sinistra, e jugulari communi et subclavia sinistra constans, separatim in cordis atrium dextrum se inseruit. Exp. WEESE¹⁾) descriptis et delineari curavit hunc foetum, cum ad museum anatomicum Berolinense translatus esset. RING duas cavae superiores observasse refert in puella, primo vitae anno peracto, morbo coeruleo mortua; una venarum in cordis atrio dextro, altera vero in sinistro simul cum cava inferiori, hiabat²⁾.

Foetus puellaris maturus Regiomonti Borussorum natus, per breve tempus vivens, ectopia cordis pectorali laborans, ceteroquin bene conformatus et nutritus, duplicem cavam superiorem ostendebat, quarum dextra loco consueto cor attigit, sinistra vero, a BUETTNERO³⁾ pro vena pulmonali habita, ex jugulari communi et subclavia vena lateris sinistri constans, in cordis atrium sinistrum se inseruit. Exp. WEESE, foetum denuo perscrutans, errorem illum invenit⁴⁾). Idem auctor, alium adhuc foetum septimestrem ectopia cordis pectorali laborantem, investigavit et delineari curavit, in quo duas cavae superiores adesse opinatus est, quoniam jugu-

1) De cordis ectopia commentatio anat. pathol. Berol. 1819. c. fig. pag. 30. tab. VI.

2) Farre pathol. researches. Ess. I. Malconformat. on the hum. heart. London 1814.

3) Anatom. Anmerkungen bei einem mit auswärts hängendem Herzen lebendig geborenen Kinde. Königsberg 1745 m. Kupf.

4) l. c. p. 13.

Iaris sinistra cum dextra ejusdem nominis ad cavam super. non conjuncta erat. Cum autem istae venae ab alio investigatore jam dissecatae essent, recognosci non potuit, quo modo ad cor earum sinistra pervenerat¹). Ejusmodi formationes, quae in corpore humano abnormes considerantur, pluribus in animalium mammalium generibus statu normali conspicuntur, scilicet quod duplicitatem cavae superioris et decursum sinistram earum attinet, quae tamen semper auriculam dextram attingit. Reperiuntur nimirum in Elephante maximo, Erinaceo europaeo, Hystrice crystata, Mure Ratto, Cavia Cobaya, Didelphide Känguru duae cavae superiores. De Haller enarrat, in agno quodam quoque duas cavae superiores aliquando repertas esse²); et Kerkringius idem refert de uno cane domestico duorum mensium³).

Omnis aves duas cavae super. possident. Inter Amphibia; Ophiidiis, Sauriis Batrachiisque haec fabrica peculiaris est. Nihilominus etiam pisces gaudent hac structura.

Hac ex comparatione omnino patet, ejusmodi aberrationes nisus formativi in corpore humano non nisi esse formationis cessatio, i. e. fabrica in gradu inferioris organismi animalis restitit.

c. Venae jugularis internae externaeque.

COLUMBUS⁴) venam jugularem internam in utroque latere vidit duplicem et jugularis externae duplicitatem animadvertisit PEIPER⁵).

d. Sinuum durae matris.

Sinum quartum s. perpendicularem geminum observavit III.

1) eod. loco p. 29. Tab. IV.

2) Element. Physiolog. T. 1. I. IV. Sect. II. §. VII. p. 309.

3) Spicileg. anatomi. Obs. XXIX. p. 68.

4) De re anatomica. Lib. XV. pag. 487. cf. Voigtl's Handbuch der pathol. Anatomie. p. 456.

5) Descript. nervorum cervical etc. in Ludwigii Selecto neurolo.

KELCH¹); sinum circularem nonnunquam duplicem esse, monuit III. SOEMMERING²).

e. Venae subclaviae dextrae.

Trunco gemino e vena axillari exorta est haec vena, in jugularem internam eo modo se immergens³).

f. Venarum vertebralium.

SANDIFORT exemplum duplicitatis unius harum venarum observavit⁴).

g. Venarum medianarum.

Saepissime has venas duplices inveniri commemorant SOEMMERING⁵) et MAYER⁶). Ejusmodi praeparatum quoque asservatur in museo anatomico Vratislaviensi.

h. Venae azygae.

Non rarae sunt observationes duplicitatem hujus venae spectantes; nam vena hemazyga, in azygam sese non immergens, sed truncus separatus ad cavam superiorem, vel ad subclaviam sinistram tendens, secundam venam azygam exhibit. Talia attulerunt exempla: LANCISI⁷), GUALLANI⁸), MASCAGNI⁹), WRISBERG¹⁰), BLASIUS¹¹), SANDIFORT¹²), THEUNE¹³), MAYER¹⁴), WILDE¹⁵), VALENTIN¹⁶).

1) Beiträge zur pathol. Anatomie.

2) l. c. p. 446.

3) Morgagni epist. LXIX, art. 2, T. v. p. 266.

4) l. c. Ib. IV. Cap. VIII. p. 98.

5) l. c. p. 460.

6) l. c. p. 295.

7) De vena sine pari, in Morgagni adv. anat. V. p. 80.

8) Mem. prés. T. III. p. 512, cf. Meckel, l. c. p. 128.

9) Ichnograph. syst. vasor. lymph. tb. 19.

10) De vena azygos duplici aliisque hujus venae varietat. Gött. 1777 p. 6—127.

11) Gerardi Blasii observata anatom. p. 114. — Ejusd. observ. medic. p. 53.

12) l. c. Ib. II. cap. 126; Ib. IV. cap. VIII. p. 97.

13) Dissert. citata, p. XX.

14) Beschreibung der Blutgefäßse S. 298. cf. Halleri elem. physiol. T. III. Sect. I. p. 107.

15) Comment. Petropol. vol. XII. p. 318.

16) Journ. de Medec. 1791. No. 7.

Compluria animalia hac formatione gaudent, etiamsi in iis non sit praeter normam; reperitur igitur vena azyga duplex in Erinaceo europaeo; omnes aves gallinaceae duabus azygis praeditae sunt, secundum LANCISII sententiam¹⁾; animalia amphibia, primis Ophidia et Sauria, unam habent venam azygam ante cor, alteram vero aversum hoc positam.

i. Venae cavae inferioris.

Alterum adhuc truncum venosnm, simul cum vena cava inferiori adscendentem, qui in latere sinistro exortus, ubi venae iliaca in cavam infer. se immergunt, et in v. renalem sinistr. effusus est, vidit MORGAGNI²⁾). Ill. MECKEL saepius venam e cava inferiori, ubi intrant venae iliaca, in latere sinistro prodire, atque in renalem venam vel in cavam ipsam rursus effundi vidit³⁾). Venae iliaca aliquando ad hepar usque separatae progressae sunt, ita ut communicatio quidem in vertebra quinta lumbali locum habuisse, sed conjunctio in truncum communem non facta esset. Quaevis-cunque earum venas lumbales et renales sui leteris accepit⁴⁾.

In Cheloniis semper inveniuntur duae cavae inferiores (posteriores).

k. Venarum renalium.

Venarum renalium aberrationes a numero solito frequenter satis observantur. SANDIFORT in utroque rene duas venas invenit⁵⁾). Ex uno rene duae venae prodibant, quarum vero una, altera profundius, venam cavam adivit⁶⁾). BARTMOLINUS dextram venam ren-

1) Dissertatio de vena sine pari. p. 80.

2) Epistol. XLVII. §. 30.

3) I. c. p. 126.

4) W ilde Comment. Petropol. T. XII. p. 322.

5) I. c. lib. I. cap. V. p. 80.

6) Mieg obs. botan., anatom. et physiol. Bas. 1776. p. 10. cf. T rew in Commerc. litter. Noric 1737. An. VII. p. 18.

Iem duplicem vidit¹⁾: alio loco ex rene tres, ex altero quatuor venae exortae sunt²⁾. In femina, cuius renes fuerunt lobati, duae venae ex singulo rene prodibant³⁾. Pluria ejusmodi exempla de venis renalibus duplicibus, triplicibus, imo quadruplicibus collegit HALLER⁴⁾.

i. Venarum spermaticarum.

Dextra v. sperm. ab initio erat triplex, tunc vero duos formabat truncos, denique simplex in venam cavam se inseruit, sinistra duplex venam renalem attigit⁵⁾. Duplicem utriusque lateris vidit Paw.⁶⁾.

m. Venae splenicae.

Duplicem venam splenicam vidit BLASIUS⁷⁾ et triplicem observavisse enarrat BLANCARD⁸⁾.

n. Venae iliaceae.

Dextram iliaca nonnunquam invenit duplicem HALLER⁹⁾.

m. Venae umbilicalis.

Duae venae in funiculo umbilicali simplici inveniebantur¹⁰⁾. In monstro dupli non reperiebatur nisi unus funiculus umbilicalis, qui vero duas venas continuit¹¹⁾. ZIMMER¹²⁾ et MECKEL¹³⁾ eandem observationem fecerunt.

1) Hist. anatom. Cent. I. hist. XXXVIII. T. I. p. 58. Vateri museum anatom. p. 42.

2) Mayer l. c. 324. — Paw obs. anat. select. p. 42.

3) Portal Mem. de l'acad. des sc. 1767. hist. 87. Bauhin de rerum structura. T. IV.

4) Elem. physiolog. T. VII. p. 267.

5) Bartholinus l. c. Cent. II. hist. LXXVII. p. 306.

6) l. c. p. 41.

7) Obs. med. rarer. P. IV. obs. XIII. p. 56.

8) Anatom. pract. rat. Cent. I. obs. LXXVII. p. 160.

9) l. c. p. 512.

10) Sandifort l. c. lib. III. 33.

11) Brugnone Mem. de Turin an. 1786—87.

12) Physiolog. Untersuchungen über Missgeburten. Rudolst. 1806. S. 3—4.

13) l. c. p. 53.

Cap. III.

Abnormitates per decursum anomalum.

a. Venarum cordis.

In collectione praeparatorum anatomicorum cl. MECKELI unum asservatur cor, cuius vena magna non in dextrum atrium, sed potius in sinistrum effunditur¹). Finis ejusdem venae alio loco, nempe in subclavia dextra, conspiciebatur²). Venae coronariae duae cum duabus venis pulmonalibus in atrio cordis sinistro hiabant in muliere XXX annos nata³).

b. Venarum pulmonalium.

Simul cum venis cavis in atrio unico, auriculis quatuor instructo, septo atriorum carente, venas pulmonales hiare vidit Ill. MECKEL⁴). In foetu maturo, sed monstroso, qui vitam suam ad dies septem protraxit, cor uno atrio et ventriculo tantum gaudebat et venae pulmonales duae cum cava superiori junctae in hoc atrium se immergebant⁵). De infante dierum X ait STANDERT⁶), venae cavae et quatuor venae pulmonales, hae arctiores, intrabant atrium simplex per ostium venosum, trabe carnosa, in atrium prominente divisum, valvulis tendineis munitum, communicans in latere dextro cum ventriculo simplici. FARRE⁷) de infante, aetatis dierum quatuor, scripsit, in quo cor simplex (unum atrium ventriculum-

1) G. E. Lindner, diss. de lymph. system. Halae 1787. p. 21. §. 17.

2) Sömmerring, l. c. p. 427.

3) Lemaire, Bullet. des sc. med. T. V. 1810.

4) l. c. p. 52.

5) Wilson, philosoph. Transact. for the year. 1798. P. 2. p. 346. cf. Reils Archiv für Physiol. B. 4. S. 448.

6) Philosoph. transact. 1805. S. 2. p. 228.

7) Pathol. researches Essay I. Malconformat. of the hum. heart. London 1814.

que habens) inveniebatur et venae pulmonales in hoc unicum atrium intrabant. Cl. FLEISCHMANN¹⁾) secavit cadaver infantis hebdomadum XXI, bona valetudine, exceptis convulsionibus ultimo ante mortem die, gavisae, eandemque cordis structuram, de qua locutus sum observavit, et hic etiam venae pulmonales prope venas cavas in unicum atrium effusae sunt. Venam pulmonalem e lobo superiori pulmonis dextri ortam, juxta cavam super. in atrium dextrum hiasse, observavit Exp. WEESE²⁾). Hae cordis deformations et venarum pulmonalium decursus anomalus toti amphibiorum classi status normalis est. Notatu dignissimus omnino est ille causus, quem STANDERT descriptis, cum cordis conditioni *Lacertae apodae*, quae transitum formationis cordis inferioris vel imperfectioris ad perfectiorem aliorum Amphibiorum exhibit, similis sit.

c. Venae cavae superioris.

Illae observationes de dupli vena cava superiori, quas supra commemoravi, omnino huc pertinent; cum vero ibidem decursum anomalum cavae superioris sinistrae, nam dextra cor loco solito attigit, jam sufficienter descripserim, iteratam expositionem hic superfluam esse puto. Dein conferenda sunt exempla, quae de pulmonalium venarum decursu anomalo nunc utique attuli.

d. Venae azygæ.

Viderunt anatomici venam azygam nonnunquam in ipso atrio dextro hiare. Observationes etiam prostant, quibus haec vena in cavam venam adscendentem, intra pericardium, se inseruit⁴⁾). Ill. MECKEL hanc venam aliquando pollicis longitudine, solita ratione, al-

1) Leichenöffnungen, Erlangen 1815 p. 197.

2) I. c. p. 29.

3) Sömmerring. I. c. p. 469.

4) eod. loco. p. 474.

tius sese immergere vidit, et hemiazyga, ab ea separata, in subclavia sinistra finiebat¹).

Apud simiarum species non nullas V. azyga intra pericardium venam cavam superiorem (anteriorem) attingit, eodem modo quoque in Cane domestico et Fele domestica. In Sue Scrofa haec directo ad cordis atrium dextrum pervenit; in Erinaceo europaeo, cui sunt duae venae azygæ, quaeque earum ad cavam superiorem sui lateris advenit. Idem observamus in avibus gallinaceis²).

c. Venae hemiazygæ.

Venam hemiazygam ad subclaviam sinistram tendentem animadvertebant WRISBERG³), Cl. MECKEL⁴) et Cl. FLEISCHMANN⁵). Ill. OTTO in itinere suo litterario in Anglia, ex collectione anatomica Professoris JAFFRAY, oppido Glasgow, praeparatum vidit, in quo haec vena in subclavia sinistra finiebat.

f. Venae cavae inferioris.

MORGAGNI⁶), de hujus venae cursus directione anomala loquens, mihi, inquit, certe accidit, ut venam cavam deprehenderem ab eo fere loco, ubi emulgentes excipit venas, in dextrum latus deflectere, in idque magis magisque, donec hepar attingeret, inclinare, sic ut non minus priorem suam directionem, quam magnae arteriae societatem, omnino desereret; mox autem in obtusum angulum, si non in ipso jam diaphragmatis dejectu, certe haud ita procul ab hoc inflexam, sinistrorum ad auriculam dextram cordis inclinari. BAUHINUS⁷) enarrat, in viro adulto, Hydrope necato, venam istam ex me-

1) l. c. p. 128.

2) Lancisi l. c. cf. Cuvier, vergl. Anatomie T. 4 p. 115.

3) l. c.

4) l. c.

5) l. c. p. 228.

6) Epistol. anat. duae. Lugd. Batav. 1728.

7) Lieutaud, hist. anat. med. T. I. p. 190.

senteriis aliisque venis viscerum abdominis originem duxisse, absente hepate et liene. (?) In muliere XXX annos nata, LEMAIRE¹) vena cavae vitium memoratu dignissimum deprehendit; ea nempe in cordis atrium sinistrum se immergebat. Venae omnes solito contractiores erant, cava abdominalis vix digiti minimi apicem admittebat, item Aorta abdominalis. Puella primo vitae anno peracto Cyanosi necata est, et cum investigaretur cadaver observabatur; duas adesse cavas superiores, quarum una dextrum cordis atrium loco solito attingebat, sinistra vero una cum cava adscendente in atrio sinistro effundebatur²).

Temporibus recentioribus tria exempla, vitium cavae inferioris spectantia, procul dubio notatu digna, observata sunt, quorum non nisi unum hucusque illustratum est, cetera vero hocce in opusculo academico exponere mihi sit venia; sunt sequentia:

In universitatis Pensylvaniae museo anatomico praeparatum asservatur, in quo vena cava inferior ad modum vena azygæ, quæ abest, adscendit, venas scilicet intercostales excipit, et secundum azygæ morem in cavam superiorem se immergit³).

Ill. OTTO inter praeparata anatomica Professoris JOFFRAY, jam pluries laudati, unum vidit, in quo vena cava inferior in medio columnæ vertebralis, Aorta haud procul (per hiatum aorticum verisimillime) cavum pectoris adscendit, hoc decursu venas lumbales et intercostales lateris dextri excipiens, vena azyga deficit, et instar azygæ in cavam superiorem se inserit. Vena hemiazyga ad subclaviam sinistram tendit (v. p. 18.), venae hepaticæ vero in unum truncum confluxae cordis atrium dextrum, loco cavae inferioris, attingunt. (v. infra)

1) Bullet. des sc. med. T. V. 1810.

2) Ring, med and. phys. journal. Vol. XIII p. 120, cf. Meckel's Archiv f. Physiol. B. 1. Att. 2. p. 231.

3) Wistar I. c. p. 320.

In theatro anatomico universitatis Vratislaviensis hieme anni MDCCCXV casus antecedenti non absimilis observabatur a Cl. Otto, qui mihi benigniter permisit ut eundem describerem et delineari curarem. In cadavere nimirum viri XL circiter annorum, constitutionis corporis robustae, Hydrothorace, Ascitide et Anasarca mortui, cuius vero historia vitae ceterum non nota erat, praeterea quod jam saepius morbis inflammatoriis laboraverat, cor permagnum ejusque pars dextra anterior valde dilatata inveniebatur¹⁾. Vasa majora sanguifera omnia originem habebant solitam, nisi exciperis venam cavam inferiorem, quae nempe ex atrio dextro non oriebatur, sed potius ex vena cava superiori²⁾, in latere dextro prope Jugularis dextrae³⁾ insertionem, prodibat. Deorsum deflexa mediastinum posterius et columnam vertebralem attingit, in cuius latere dextro, post arteriam pulmonalem dextram⁴⁾, ad vertebram dorsi octavam ac inter hanc et ductum thoracicum⁵⁾ superimpositum descendit. Tunc autem sinistrosum deflectitur, et ita quidem ut in extremitatibus posterioribus costarum quinque infimarum progrediatur, per hiatus aorticum diaphragmatis una cum Aorta⁶⁾ exeat, in cavo abdominis retro sinistrum hepatis lobum obtineat locum, denique eadem in basi vertebrae lumbalis primae medium columnae vertebralis partem nacta, directo in ea usque ad schisma in venas iliacas⁷⁾, quod jam in secunda vertebra lumbali conspicitur, pergit. Arteria aorta, ubi comitatur venam cavam, ei incumbit eamque comprimit. Vena cava in decursu suo sequentes venas excipit:

1) Vid. fig. lit. A.

2) — — — P.

3) — — — Q.

4) — — — D.

5) — — — Z.

6) — — — E.

7) — — — V. V.

regione vertebrae dorsi quartae, in latere dextro, venam parvam azygam, ex intercostalibus superioribus compositam; nam vena azyga vera et hemiazyga non prostant, sed cava inferior utriusque venae vicaria esse videtur, cum omnes venas intercostales lateris sinistri, exceptis superioribus, atque easdem a quinta ad octavam usque lateris dextri excipiat: reliquae autem venae intercostales hujus lateris, in truncum communem conjunctae¹⁾ supra vertebram dorsi octavam in venam cavam hiant. Venae hepaticae non in cavam infer. se immergunt, sed truncus earum communis cordis atrium dextrum attingit, ubi vena cava infer. se inserere solet²⁾). Venae renales, in latere dextro duae, in sinistro una, propter altam venae cavae divisionem, in venas iliacas sese immergunt³⁾). Aorta quoque nimis deflexa est ad latus sinistrum, uti ex figurorum conspectu patet.

Secundum JACOBSONII observationes venae cavae inferiores in avibus atque in reptiliis, e renis ac ex hepate oriuntur, cum omnis sanguis venosus corporis partis posterioris ad organa ista advehatur, in quibus ad secretionem lotii bilisque ex parte consumitur, reliquus vero ad cor perveniat⁴⁾.

g. Venarum hepaticarum.

MORGAGNI⁵⁾ observavit in muliere venas hepaticas supra dia phragma, quod seorsim penetrabant, in Cava inferiori hias se. E dextro hepatis lobo vena hepatica, digitus pollicis volumine ejusque longitudinem superans, dia phragma perforabat et in cordis atrio dextro, valvulis tribus munita, finiebat⁶⁾. WISTAR in praeparato saepius jam memorato deprehendit, venas

1) Vid. fig. lit. S.

2) — — — X.

3) — — — T. T. T.

4) Ueber eine wichtige Function der Venen. cf. MECKELS deutsches Archiv. B. 3. Hft. 1. S. 147.

5) Epist. LX. art. 6.

6) Roth, Abhandlungen der Josephsacademie, B. 1. S. 265.

hepaticas non in cavam inferiorem hiasse, sed dextram earum immediatim, medium vero et sinistram in truncum conjunctae, ad auriculam dextram pervenisse¹). In illo praeparato, quod Professor JAFFRAY possidet, atque in eodem, quod nunc descripsi ex collectione anatomica Vratislaviensi, venae hepaticae, uno trunco conformato, cordis atrium dextrum, ubi hiare solet vena cava, attingunt.

h. Venarum renalium.

Harum venarum origo a renum situ pendet; venam renalem sinistram in hypogastricam immitti, rene sinistro in pelvi situ habente, vedit MAYER²). Idem refert, renalem sinistram aliquando inter vertebrarum columnnam atque arteriam aortam ad cavam inferiorem pervenisse³). Casus huic similes ALBINUS⁴) semel et SANDFORT bis viderunt⁵). Finem renalis sinistrae in vena iliaca sinistra observaverunt Cl. MECKEL⁶), Ill. FLEISCHMANN⁷) et Ill. KELCH⁸). Vena renalis dextra in venam azygam se inseruit in monstro ab Ill. MECKELIO investigato⁹).

i. Venarum spermaticarum.

Venae spermaticae interdum in venas iliacas immittuntur¹⁰). Dextra earum interna, venam suprarenalem dextram attigit in corpore femineo¹¹):

1) l. c.

2) l. c.

Halleri Elem. physiol. T. VII. p. 267.

3) l. c.

4) Annotationum academic. Lib. VII. cap. II. p. 344.

5) Observ. anatomico-pathol. Lib. I. cap. V. pag. 80.

6) l. c. p. 634.

7) l. c. p. 225.

8) Beyträge zur pathol. Anatomie. XLI. p. 49;

9) l. c. Abth. 2. p. 52.

10) Sömmerring l. c. p. 478.

11) Kelch l. c. LXI.

k. Venae iliaca dextrae.

III. MECKEL in foetu monstroso conformato hanc venam non ad Cavam inferiorem, sed potius ad venam azygam tendere conspexit¹).

l. Venae portarum.

Duo hucusque casus sunt observati, in quibus haec vena decursu aberravit, et primum quidem vidit ABERETTY²) in infante annuo bene nutrito; vena portarum in cavam inferiorem venis emulgentibus haud procul immergebatur. De altero nobis refert HUBER³), hanc venam, diaphragma perforantem, in pectoris cavo venam cavam inferiorem attigisse.

m. Venae umbilicalis.

Varia exempla et insertionem et decursum hujus vena speciantia collegerunt anatomici.

In foetu monstroso masculini generis, qui admodum brevem habuit funiculum umbilicalem atque integumentis communibus muscularisque abdominis, saltem rectis, caruit, haec vena in regione inguinali sinistra, funiculum relinquens, cavum abdominis intrabat, in musculo Psoa ejusdem lateris adscendit ad diaphragma usque, quod penetrabat, itaque cavum pectoris nanciscebatur, ibidem ad latus dextrum deflexa medianam cavae superioris partem attigit. Hoc suo decursu venas iliacas, renales, lumbales, venam suprarenalem sinistram et venas phrenicas sinistras exceptit. Vena cava inferior angustissima erat, cum tantummodo venam suprarenalem dextram et venas hepaticas exciperet; loco tamen consueto cor attigit⁴). WINSLOW in perscrutando foetu valde monstroso, supra jam com-

1) l. c.

2) Surgical and physiolog. Essays. London 1793., übersetzt von Brandis. p. 155.

3) Observationes anatomicae p. 34.

4) Littre, memoires de l'acad. des sc. 1709. p. 10.

memorato, venam umbilicalem instar Aortae abdominalis decurrere vidi, dum omnia deerant vasa sanguisera reliqua¹). In alio foetu haec vena hepar non intrabat, sed cavam inferiorem petiit et vasa sanguisera ad intestina misit²). Venae umbilicalis aberrationem in foetu septimestri, ectopia cordis aliorumque viscerum deformi, sat memorabilem praebuit. Descriptionem hujus foetus BUETTNERO³) debemus, sed breve ante tempus Exp. WEESE⁴) eundem foetum iterum investigavit et sequentem invenit abnormitatem: Vena umbilicalis in duos ramos divisa erat, quorum unus, brevior, hepar intrabat, alter vero, longior, in latere dextro diaphragma perforans sub pulmone dextro adscendit et cavam superiorem, haud procul introitu in dextrum atrium, attigit.

Duo monstra acephalica, corporis parte anteriori fissa, pluribus visceribus carentia, observabant GOURRAIGNE⁵) et GILIBERT⁶), in utroque vena umbilicalis in cavam inferiorem transiit.

Quae de venarum vitiis congenitis exempla colligere potui, hic collata sunt, attamen nequaquam negare audeo, alia, multa forsitan, adhuc superesse, quorum descriptiones oculos meos fugierunt, cum auxilia mea litteraria finibus non nisi angustis includerentur. Igitur ad secundam operis hujus partem transeo, ad illam nimirum, quae abnormitates venarum acquisitas continet.

1) l. c.

2) Mery, Mem. de l'acad. des sc. 1716. p. 181.

3) Anatom. Wahrnehmung m. K. König b. u. Leipz. 1763 S. 12f.

4) l. c. p. 22.

5) Mem. de l'acad. des sc. 1741. p. 665.

6) Adversaria medico practica. cf. Baldinger's Magazin für Aerzte. St. 6. S. 510.

SECTIO ALTERA. DEFORMITATES ACQUISITAE.

Cap. IV.

Ex causa dynamica.

a. Dilatatio venarum — Phlebeurysma (Swediaur).

Dilatationis venarum causae ex parte mechanicae, ex parte vero dynamicae sunt indolis; de his nunc loquar. Sanguinis congestio et tunicarum vasis relaxatio plerumque causas dynamicas dilatationis exhibit. Venae coronariae cordis aliquando valde ampliae inveniebantur¹); et BURNS idem phaenomenon vidit in puerो decima post partum septimana Cyanosi mortuo²). — FRANCISCUS DE HILDEN venarum pulmonalium dilatationem haud exiguum observavit³). — In foemina, quae Asthmate laboraverat, vena cava superior admodum prolata erat⁴). BURNS et hanc venam in illo puerо, morbo coeruleo necato, dilatatam atque sanguine nigricante repletam invenit⁵). Ill. PUCHELT de casu amplitudinis permagnae ejusdem venae, in juveni XXV annorum Hypochondriasi laborante, loquitur⁶). — Vena azyga plerumque solito latior inveniebatur, si vicaria cavae inferioris clausae erat: MORGAGNI⁷) semel hanc venam vidit cavam inferiorem amplitudine aequantem; BAILLIE illam ob causam relatam eandem multo ampliorem vidit, quam esse solet⁸). Ter amplitudinem solitam superavit vena azy-

4

1) Sandifort obs. anatom-pathol. Lib. I. cap. I. p. 27.

2) Von einigen der häufigsten und wichtigsten Herzkrankheiten. Lemgo 1813. p. 404.

3) Observat. chirurgic. Cent. II. obs. 49.

4) Hufeland's Journal der pract. Heilkunde. B. V. p. 820.

5) l. c.

6) Das Venensystem in seinen krankhaften Verhältnissen. Leipzig 1818. p. 156.

7) Epistol. XXVI art. 29.

8) Anatomie des krankhaften Baues etc. übers. v. Sömmerring. Berlin 1794. p. 57.

ga in casu, quo cava inferior non pervia erat¹). HODGSON propter venarum iliacarum oppilationem venam azygam ad magnitudinem digiti minimi expansam deprehendit²). — Venae jugulares internae in stultu, febre laborante, admodum erant dilatatae³). Cline hanc venam unius lateris, sacci instar, dilatatam invenit⁴). Dilatationis eximiae exemplum venae subclaviae dextrae attulit PORTAL⁵).

Vena cava inferior in homine, amentia correpto, valde dilatata erat, in cordis vicinia sanguinis coagulati Uncias duas continebat: reliquae corporis venae solito latiores inveniebantur⁶). In femina, de qua supra locutus sum, et haec vena latitudinem eximiam praebuit⁷). Dilatationem cavae inferioris conspexit BURNS⁸) in puero illo saepius jam memorato. In juveni ceterum sano, vulnere autem necato, hanc venam magnopere amplam vidi MOR-GAGNI⁹). Ill. PUCHELT¹⁰) viduae cadaver perscrutabat, quae morbo pectoris laboraverat, et venam cavam inf. latitudinis pollicum duorum inveniebat, similem quoque rem observavit in foemina, quae ovariorum induratione et vesicae urinariae carcinomate laboraverat¹¹). Cl. HAASE in puella Xannorum, morbo coeruleo necata, venam cavam, Aortam ter amplitudine superantem, invenit¹²).

1) Wilson, Transact. of a soc. for improvem. of med. Knowdlege, Vol. III. p. 65.

2) Krankheiten der Arterien und Venen etc. p. 542.

3) Morgagni epist. VIII. art. II.

4) cf. Hodgson l. c. p. 553.

5) Cours d'anatomie med. T. III. p. 354—73.

6) Boerhaave in der Sammlung auserles. Abhandl. f. pract. Aerzte, B. IX S. 512.

7) Hufeland's Journal, l. c.

8) l. c. p. 404.

9) Epist. Liv. art. 37.

10) l. c. p. 73.

11) Ibidem p. 157.

12) Dissertatio de morbo coeruleo, Lipsiae 1813.

Homo quidam, qui anno XXVII obiit diem supremum, cor uno tantum ventriculo monstrabat et cava inferior receptaculum quasi sanguinis constituit¹⁾.

Vena cava inferior in animalibus mammalibus et avibus sub aquam saepe mergentibus etiam sanguinis receptaculum exhibit.

Vasa brevia ventriculi tantae amplitudinis inveniebantur, ut digitus minimus induci potuerit²⁾; idem quoque observabat CALLI-SEN³). Homines, in quibus hae abnormitates visae sunt, Haematemesi necati erant. In puerperis, eodem morbo laborantibus, horum vasorum dilatationem eximiam animadverterunt: WEDEL⁴), STANGE⁵) et LIETAUD⁶). → De ramorum venae portarum dilatazione mentionem fecit STAHL⁷); Ill. OTTO truncum hujus venae valde amplam vidit, in illo nempe casu, in quo vena umbilicalis pervia adhuc erat in adulto homine. — Vena spermatica sinistra digitii latitudine observabatur in muliere annorum LXXXII⁸). — Alio loco haec vaena amplitudine cavam inferiorem aequabat, quae clausa erat⁹). — VESALIUS unam venarum hoemorrhoidalium pollicari amplitudine deprehendit in viro, qui olim haemorrhoidibus fluentibus laboraverat¹⁰). — Venae epigastricae, lumbales et mammariae internae eximie dilatatae inveniebantur in casu quo simul vena cava inferior concretione clausa erat, igitur illae hujus

1) Senac sur la structure du coeur. T. II. p. 414.

2) Portal, mem. de l'acad. des sc. 1777.

3) Acta societ. med. Havniens, Vol. II. 1779.

4) Physiol. reformata.

5) Stahl vena portarum, porta malorum. p. 29.

6) Histor. anatom. med. ed. Schlegel, Lib. I. obs. 47—49.

7) l. c. p. 28.

8) Dyson, Memoirs of the medic. society of London. Vol. III. 1792. p. 556.

9) Winkler de vasorum lithiasi. I. §. V. Not. a.

10) De fabrica corp. hum. Lib. V. cap. XV. p. 662.

vicariae fuerunt; quam observationem refert CLINE¹⁾). — Huc pertinere mihi videntur Hoemorrhoides sic dictae cocae et Varices in genitalibus externis et virorum et feminarum, iidem in cruribus gravidarum, quamquam nonnulli contendere vellent scriptores, hos ex causa mechanica oriri, ex uteri nimirum gravi pondere, premens in venas majores pelvis. De gravidarum Varicibus tractabant RICHTER²⁾, LUETZELBERGER³⁾ et SIEBOLD⁴⁾. Vena spermatica in funiculo spermatico ad pollicarem amplitudinem extensa erat⁵⁾. De Cirsocele virorum scripserunt MORGAGNI⁶⁾, RICHTER⁷⁾, WAITZ⁸⁾, MURRAY⁹⁾, BAILLIE¹⁰⁾ et MOST¹¹⁾. In infante, qui saepissime Rhinorhagiam passus erat et hac via et per anum sanguinem coagulatum excreverat, multas venas varicosas in superficie externa internaque intestinorum, aliorum abdominis viscerum atque in dura menynge et arachnoidea, invenit POHL¹²⁾.

Plerumque extensionem tunicarum venarum nimiam sequitur:

b. Venarum ruptura.

Rupturae venarum causae aut in nimia tunicarum tenuitate et laxitate, aut in earum exulceratione, inveniuntur.

1) Scarpa über Pulsadergeschwülfte. p. 15.

2) Dissert. de gravidarum varicibus. Lips. 1781.

3) Dissert. de quibusdam gravidar. symptomat., praincipue de varicibus atque oedemate pedum. Jenae 1791.

4) cf. Loder's Journal für die Chirurgie. B. II. S. 55.

5) Halleri oper. pathol. obs. XXIV. Oper min. Tom. III. p. 304.

6) Epist. VII. 11.

7) Observat. chirurg. Gött. 1770, fasc. II. cap. II. pag. 22.

8) Diss. de cirsocele. Göttingen 1779.

9) A. Murray de cirsocele. Upsalae 1785.

10) Baillie. l. c. S. 209.

11) Diss de circosele seu hernia varicosa. Halae 1793.

12) Abhandl. von den innern Blutaderknoten, a. d. latein. in der neuesten Samml. der auserles. u. neust. Abhandl. f. Wundärzte Leipz. 1793. St. VI. S. 1. ff.

In cadavere mulieris, quae in balneo frigido repente mortua erat, vena cava superior, supra auriculam dextram, rupta conspiciebatur, sic ut magna sanguinis copia in pectoris cavum effusa erat¹). — MASCAGNI refert casum, in quo homo quidam repente mortuus in pulmone sinistro venam decurrentem ruptam monstrabat; hoc in casu quoque sanguis in pectoris cavum effusus erat²). Cava superior propter exulcerationem tunicarum rupta inveniebatur et sanguis in pericardium effusus³). DOUBLEDEY⁴) hujus venae rupturam observavit in equite, qui a vertigine correptus ab equo delapsus erat; rupturae causam proximam exulceratio fuisse putat.

Vena jugularis interna, sacci instar expansa, absque vi externa dissiluit et sanguinem effudit; hoc refert CLINE⁵). — Intra pectoris cavum venam subclaviam sinistram disruptam, deprehendit PORTAL⁶). — Venae azygae observavit rupturam MORGAGNI⁷) in homine quodam Phtisi affecto. — Ex venis intercostalibus inferioribus una, in homine Hydrothorace laborante, dissulta inveniebatur⁸). —

DE HAEN curavit hominem Colica saturnina laborantem, qui vero repente moriebatur; facta cadaveris sectione vena cava inferior rupta, et sanguis in cavum abdominis effusus, conspiciebatur⁹). Venae cavae adscendentis rupturam variis ex causis observaverunt:

1) Portal, anatomie medicale. T. III. p. 355.

2) Mem. della soc. Italiana. Vol. XII. p. 4.

3) Portal l. c. p. 354.

4) Med. observat. and inquir. Lond. 1776. Vol. V. p. 114. cf. Voigtel, l. c. B. I. p. 491.

5) Scarpa l. c.

6) l. c.

7) Epist. XXVI art. 29.

8) Portal. l. c.

9) Heilungsmethode. B. IV. Tb. 10. S. 391.

RIOLANUS¹), GASSERUS²), AMATUS LUSITANUS³), BARTHOLINUS⁴), ANDREAS LAURENTIUS⁵), PUERARIUS⁶) et SALZMANN⁷). —

In sura cujusdam hominis venae unius ruptionem, ex convolutionibus muscularum factam, commemorat HODSON⁸).

Huic tunicarum venarum conditioni, contraria est alia, quae plus minusve ad voluminis coarctationem vergit, scilicet:

c. Crassitudo et ossificatio venarum.

Vitia talia organica omnino inflammationis sequela sunt, quamvis ossificationes rarius hucusque sint observatae in venis, quam in arteriis.

FUERST nobis refert exemplum, quod venarum coronariarum cordis ossificationes continet, ex parte quoque indurationem, aliae enim cartilaginum instar conspiciebantur. Observatio ista in homine, qui Asthmate et incontinentia urinae jam diu laboraverat et post prandium repente mortuus erat, facta est⁹). Apud alium hominem easdem venas ossificatas invenit BONET, una cum arteriis¹⁰). — Vena jugularis interna, subclavia, axillaris et brachialis ad antibrachium usque admodum incrassatae inveniebantur, cum venaesetionem, in cephalica vena institutam, inflammatio harum venarum consecuta esset: et alias huic similes casus

1) Ench. anatom. L. II. c. 27.

2) Bonetus l. c. 1b. II. Sect. V. obs. 3.

3) Histor. univ. L. IV. cap. 9.

4) Misc. natur. curios. Dec. I. an. I. obs. 101.

5) Histor. anatom. L. IX. p. 3608.

6) cf. Bonneti Sepulchr. L. II. Sect. VIII. obs. 30.

7) Halleri dissert. pathol. T. II. p. 390.

8) l. c.

9) Ephem. natur. curios. Dec. II. an. X. obs. 175.

10) cf. Puchelt l. c. p. 205.

animadvertisit HODGSON¹). — Vena cephalica, facta phlebotomia, solito crassior reperta est²). Eandem observationem fecit ABERNETTY³). —

Vena cava inferior ex parte cartilaginea et ossificata inveniebatur⁴). De ossificatione haud levi hujus venae, ubi venae iliaceae prodeunt, mentionem fecit BAILLIE⁵). In puerpera, typho puerperali necata, venae cavae infer. tunicas ter sloito crassiores vidit WILSON⁶): in eadem femina venae iliaceae quoque magnopere erant incrassatae. —

Venae renales cartilagineae ossificataeque observatae sunt a MORGAGNIO⁷). In puerpera illa simul cum aliis venae renales etiam crassatae inveniebantur⁸). Venae spermaticae et uterinae solito crassiores visae sunt in puerpera, quae morbo febrili laboraverat⁹). In eodem statu venas uterinas in casu saepius jam laudato inventit WILSON, sic ut omnes abdominis venas majores ab inflammatione correptas fuisse videantur¹⁰). In venis prostatae atque in uterinis ossificationes non solum, sed potius ossicula cylindrica videntur. OTTO et quidem in hominibus aetate proiectis utriusque sexus; quod mecum communicavit. —

In semina XXX annorum, puerpera, quae nonnullis septimanis post partum praeterlapsis mortua erat, III. MECKEL venam cru-

1) l. c. p. 527.

2) Hunter, medic. and philosoph. comment. Vol. III. p. 465. London 1774.

3) Chirurg. u. physiolog. Versuche, übers. v. Brandis. Leipzig. 1795. p. 178.

4) Morgagni epist. LXIV. art. 9.

5) Transact. of a society for improvement etc. Vol. I. p. 134.

6) Ibidem. p. 65.

7) l. c.

8) Wilson l. c.

9) Meckel in diss. cit. p. 45.

10) l. c.

ralem sinistram incrassatam, fere duram, animadvertisit; valvulae erant ruptae¹⁾). Vena cruralis aliquando in os, quod in transverso lineas novem habebat, redacta inveniebatur in femina XLIII annorum²⁾). Eadem vena ad poplitem usque multa ossicula in muliere LXII annorum quae steatoma passa erat, praebuit³⁾). — CRUVEILHIER totam fere venam popliteam ossiculis obtectam vidit in sene, gangraena senili mortuo⁴⁾). — Viro, morbo quodam hepatis necato, ossificatio in superficie interna venae saphaenae, pollicis longitidine, fuit, quod MACARTNEY retulit⁵⁾). — Ill. MECKEL ramos venae portarum et umbilicalis incrassatos conspexit in puero, Ictero nonatorum laborante et decimo vitae die mortuo⁶⁾.

Omes venas solito angustiores invenit MORGAGNI⁷⁾); et venam iliaca semel adeo contractam vidit, ut vix ac ne vix quidem extendi potuerit⁸⁾.

d. Venarum oppilatio.

Inflammationis sequelae plerumque venarum oppilationes efficiunt, scilicet exsudatio aut lymphae coagulabilis (plasticae), ubi parietes venarum internae inter se coalescunt; aut pyogenesis, aut denique polyporum spuriorum formatio, a quibus rebus venae in locis inflammatis oppilantur. Calculi venarum praeterea impedimenta circulationis sanguinis exhibent, quamquam in viciniis solummodo organorum uropoëticorum et partium genitalium internarum praeprimis conspiciantur.

1) Sasse, de vasorum sanguiferor. inflammatione. Halae 1797. p. 38.

2) I. G. Walter, observ. anatom. c. fig. Berol. 1774. p. XLV.

3) Murray, acta medicor. Suecior. Upsal. 1783. T. I. p. 344.

4) Essay sur l'anatomie pathologique. Paris 1816. T. II. p. 70.

5) cf. Hodgson. l. c. p. 536.

6) Sasse l. c. p. 32.

7) Epist. XXX §. 12.

8) Epist XL. §. 23.

a. CONCRETIO VENARUM.

DE HALLER venam jugularem internam sinistram lympha coagulata repletam et coalitam vidit¹). — BROUGHTON de milite quodam narrat, phlebotomiam in vena cephalica institutam esse propter ophthalmiam, exinde vero venarum inflammationem secutam, aegrotum mortuum et venam laesam ad humerum usque coalitam repertam esse²). — Vena cava inferior ex venarum renalium insertione ad cordis atrium dextrum usque, ligamenti instar visa est³). In viciniis venarum iliacarum venam cavam inferiorem coalitam invenit ALBINUS⁴), et monuit, nulla incommoda hunc hominem hac ex concretione percepisse, quoad sanitatis conditionem, neque in organis pelvis neque in extremitatibus inferioribus. Ill. KNAPE coalitionem ejusdem venae, in homine ceterum haud aegro, observavit⁵). Inter venas renales et iliacas venae cavae concretionem parietum internarum vidit HALLER⁶). RHODIUS⁷), BARTHOLINUS⁸), et WINKLER⁹) de ejusmodi coalitionibus venae cavae exempla attulerunt. — MORGAGNI¹⁰) de vena iliaca concreta scripsit. De eadem re saepius observata mentionem fecit HODGSON¹¹). — In foemina quadam, typho puerperali mortua, venae uterinae coalitae

-
- 1) Progr. de aortae venaeque cavae gravieribus quibusdam morbis, observat. Götting. 1749. p. 6. — Opusc. pathol. obs. 19.
 - 2) Hodgson. l. c. p. 527.
 - 3) Baillie l. c. Vol. 1. p. 127.
 - 4) Annotat. academ. Lib. VII. cap. IX.
 - 5) Hufeland's u. Himly's Journal d. pract. Heilk. B. 36. 1813. St. 1. Jan. S. 422,
 - 6) l. c. p. 6. §. VIII.
 - 7) Mantiss. anatomicar. No. XXI. p. 15.
 - 8) Observ. anatom. Cent. II. hist. 35.
 - 9) De vasorum lithiasi. I. §. VI. not. a.
 - 10) Epist. LVI. art. 10.
 - 11) l. c. p. 542.

inveniebantur¹). — Venam femoralem coalitam observabat in duobus casibus HODGSON²).

β. OPPILATIO PURIS OPE.

BROUGHTON in illo casu supra indicato venam jugularem externalm atque subclaviam pure clausam reperiit³). —

Multum puris ex dissecta cava inferiori foeminae cujusdam, typho puerarum mortuae, effluxit⁴). WILSON ex hac vena uncias quatuor puris crassi, scilicet in puerpera, typho puerperali necata, removebat⁵). In viro, per tres annos aegro BONTIUS cavam infer. substantia adiposa et medullosa, uti dixit, repletam invenit⁶). — Venae uterinae in feminis, febre puerarum laborantibus, pure obstructae repertae sunt⁷). — Vena splenica et portarum ichorem puriformem continebant et quidem in homine obesitate laborante⁸). — Ill. MECKEL venam umbilicalem in puerο qui dies X habebat, hernia inguinali incarcerated et peritonitide laboraverat, puris plenam conspexit⁹). Cl. OSIANDER idem in puerο ejusdem aetatis, peritonitide et erysipelate necato, deprehendit¹⁰).

γ. VENARUM OBSTRUCTIO POLYPORUM SPURIORUM OPE.

Eiusmodi fibrarum sanguinis secretiones duodecies in sinubus durae matris se observavisse, scripsit MORGAGNI¹¹). —

Venarum eadem substantia obstructarum descriptiones de-

1) Wilson. l. c. p. 65. cf. Hodgson l. c. p. 530.

2) l. c. p. 543.

3) Ibidem. p. 527.

4) Sasse. diss. cit. p. 45.

5) l. c. p. 65.

6) De medic. Indorum. 1718. Lib. IV. obs. VIII. p. 101.

7) Clarke, pract. essays on the manayement of pregnancy etc. p. 63.

8) Bichat, anatomie general appliqué etc. T. I. p. LXX, an. 1801.

9) Sasse l. c. p. 36.

10) Neue Denkwürdigk. f. Aerzte u. Geburtshelfer. Gttg. 1797. B. 1. S. 56.

11) Epist. V. art. 11—VI. 12—VII. 4, 6, 9, 11, 13—VIII. 2, 23—XIV. 35—XXIV. 16—LIII. 6.

derunt: HALLER, de vena jugulari interna sinistra¹); — de vena cava inferiori Cl. MECKEL²); — de venis renalibus iliacisque WILSON³); — denique HODGSON de vena femorali⁴).

§. CALCULI IN VENIS.

Supra jam jam monui, ejusmodi calculorum formationem praeципue in venis fieri, quae organis uropoëticis proximae sunt; at tamen exempla nonnulla prostant, ubi in aliis venis talia concrementa observabantur.

Puer decem annorum calculum pugni magnitudinis in vena renali inclusum tenebat⁵). Venae spermaticae internae calculos plures, nisi magnitudinem non superantes, continebant, in femina, quae apoplexia mortua erat⁶). In iisdem venis LOBSTEIN complures calculos percepit⁷). —

In venis vesicalibus hominis cujusdam XL annos nati, qui in vesica urinaria calculos quatuor secum portaverat, quinque calculi nisi voluminis inveniebantur, tunicarum status morbosus penitus defuit⁸). Hisce in venis ejusmodi calculos etiam LOBSTEIN conspexit⁹); atque CRUVEILHIER¹⁰). — Tres calculos vidit LANGSTAFF ex venis uterinis; similes ex venis dilatatis prostatae¹¹). In femina XXX annorum WALThER ejusmodi calculos in venis uterinis et

1) I. c.

2) I. c.

3) I. c.

4) I. c. p. 543.

5) Moinichen obs, medico chirurg. eđ. Lanzoni, Dresdae 1691, obs. XX, p. 73.

6) J. G. Walther, observat. anatom. q. XLV.

7) Cruveilhier, essay sur l'anat. pathol. T. II, p. 70.

8) Walther I. c. XLIV.

9) I. c.

10) Ibidem.

11) Hodgson. I. c. p. 536.

in illis vaginae animadvertisit¹) simileque exemplum attulit in femina L annorum observatum²). — SCHENK narravit, venae portarum Jesuitae cujusdam tales cálculos infuisse³). — Venam tibiale anteriorem posterioremque plures continuisse calculos, scripsit DUPUYTREN⁴). In vena cutanea pedis talia concrementa reperiit TILORIER⁵). —

Insuper vero anatomici alias adhuc res alienas in venis animadverterunt; e. g. aërem: sic ut MORGAGNI venas omnes, juvenis XX annos nati, aëre inflatas deprehenderet⁶). — In homine, amenia correpto, vena cava inferior adeo erat aëre inflata, ut dorsi duo immitti potuerint⁷). — BAILLIE contendit, venas durae matris quam saepissime aëre repletas inveniri⁸). —

Entozoon, *Hexantyridium venarum* vocatum, in vena tibiali antiqua aliquando vidit TREUTLER⁹).

Cap. V.

Ex causa mechanica.

Inter causas mechanicas, quae venarum indolem normalem mutant, sunt: tumores in venas prementes; laesio venae una cum arteria; tandemque vis magna externa.

1) l. c.

2) Museum anatom. Berol. 1805. p. 422.

3) Observat. medicar. rariar. Lib. III. obs. VII.

4) cf. Cruveilhier l. c.

5) Ibidem.

6) Epistol. XXX. art. 2.

7) Acta medic. Berolin. Vol. VII.

8) Anatomie des krankhaften Baues. p. 250.

9) Obs. patholog. Auctuarium ad Helminthologiam corp. hum. continent. Lips. 1793. c. fig.

Vena cava superior, infantis annorum V, a tumore lymphatico adeo compressa erat, ut sanguis circulatio per eandem fieri non potuerit¹). Simul cum hac vena quoque subclavia et jugularis ab aneurysmate aortae plane compressae reperiebantur²). — Ex pondere tumoris in venam jugularem internam sinistram prementis, haec vena inflammata erat atque coalescebat³). — Vena cava inferior concreta inveniebatur, cum steatoma in abdomen eandem comprimeret⁴).

Venarum dilatationes praeprimis in varicibus aneurysmaticis conspiciuntur; exempla de hac re collegerunt BRAMBILLA⁵) et HUNTER⁶). Permagnam dilatationem venarum subclaviarum ex vulneratione observavit LARREY⁷). — Vena et arteria poplitea ensis ictu laesa, magnum praebuit varicem aneurysmaticum⁸). Similem casum enarrat HODGSON de milite quodam⁹). — Ferro candenti vena et arteria femoralis laesa, exinde varix aneurysmaticus exortus est¹⁰).

Ruptura vena cavae inferioris observabatur in juveni, qui baculo vehementer vapulabat¹¹). In sutore, qui jam jam diu aneurysmate aortae laboraverat et repente mortuus erat, libras duas san-

1) Bleuland, specim. anatom. de diffic. aut imped. aliment. depuls. cf. Abhandl. f. pract. Aerzte, B. 9. S. 731.

2) Hunter, med. observations and inquir. V. I. p. 333.

3) Hodgson, l. c. p. 544.

4) Cline l. c. p. 15.

5) Abhandl. der medic.-chirurg. Academie zu Wien, B. 1. S. 92. 1781.

6) Einige medic. u. chirurg. Beobacht. übers. v Kühn. Leipzig, 1783. p. 29.

7) Bullet, de la faculté de medicine à Paris. 1812.

8) Sabatier, medic. operatoire. T. I. p. 417.

9) l. c. p. 576.

10) Ibidem.

11) Morgagni epist. LIII, 36.

guinis in pericardio quae ex cava rupta effluxerant, invenit LANCI-
SIUS¹). Similes observationes fecerunt BELLINUS²) et ANDREAS
LAURENTIUS³).

1) Opera rarior. Venetae 1739. T. I. p. 55.

2) De morb. pectoris, tit. de inter. pulsatione.

3) Ibidem lib. 4.

TABULAE EXPLICATIO.

- A. Cordis ventriculus dexter.**
 - B. Atrium dextrum et auricula dextra,**
 - C. Atrium sinistrum.**
 - D. Origo arteriae pulmonalis dextrae.**
 - E. E. Aorta.**
 - F. Truncus anonymus.**
 - G. Carotis sinistra.**
 - H. Arteria subclavia sinistra.**
 - I. — intercostalis.**
 - K. Origo arteriae coeliacae.**
 - L. — — meseraicae superioris.**
 - M. M. M. Arteriae renales.**
 - N. Origo arteriae meseraicae inferioris.**
 - O. O. Arteriae iliaceae.**
 - P. Vena cava superior.**
 - P. P. — — inferior.**
 - Q. Q. Venae jugulares.**
 - R. Truncus venarum intercostalium superiorum.**
 - S. — — — — inferiorum.**
 - T. T. T. Venae renales.**
 - V. V. — iliaceae.**
 - X. Insertio trunci venarum hepaticarum.**
 - Z. Z. Ductus thoracicus.**
-

ERRATA ET CORRIGENDA.

Tit. loco lythographica leg. lithographica.

Pag.	1	lin.	5	loco illos	leg.	illa.	
—	2	—	24	—	cogito	—	cogito
—	3	—	19	—	sed - eas	—	sed ea,
—	4	—	11	deleat., post Winslow.			
—	—	—	22	loco venarm	—	venarum,	
—	—	—	—	unam	—	unum,	
—	6	—	5	—	Sömmeing	—	Sömmering.
—	—	—	10	—	aencephalicum	—	aencephalicum.
—	—	—	21	—	intinere	—	itinere.
—	—	—	22	—	Joffray	—	Jaffray.
—	8	—	15	—	Stalpert	—	Stalpart.
—	9	—	2	—	pollicium.	—	pollicum.
—	—	—	23	—	nmbilicali.	—	umbilicali.
—	12	—	10	—	europeo.	—	Europaeo.
—	—	—	20	—	cessatio.	—	cessationem.
—	14	—	4	—	europeo	—	Europaeo..
—	—	—	18	—	leteris	—	lateris.
—	17	—	10	—	pnlmonium	—	pulmonary.
—	18	—	4	—	non nullas	—	nonnullas.
—	—	—	7	—	europea	—	Europaeo.
—	19	—	20	—	Joffray	—	Jaffray.
—	22	—	15	—	Meclel.	—	Meckel.
—	23	—	8	—	Aberetty	—	Abernethy.
—	28	—	12	—	sanguinem	—	sanguinem.
—	30	—	5	—	Hodson	—	Hodgson.
—	—	—	17	—	Bonet	—	Bonnet.
—	31	—	4	—	Abernetty	—	Abernethy.
—	32	—	11	—	nonatorum	—	neonatorum.
—	—	—	13	—	Omes	—	Omnes.
—	37	—	3	—	sanguinis	—	sanguinis.

